

1230 Asterii. | L. Turcio Secundo¹ c. v., | filio L. Turci Aproniani c. m. v. | praef. urbi, nepoti | L. Turci Secundi c. m. v., | consuli praetori quaestori, | comiti Augustorum, correctori | Picensi et Flaminiae², eloquentia | iustitia integritate auctoritate | praestanti, in omni denique | virtute perfecto, ordo | splendidissimus Amiterninae | civitatis ob insignem erga se | amorem patrono dignissimo | statuam ex aere | post administrationem | ad perpetui nominis | gloriam dedit.

Romae (VI 1772 vidit Henzen). — 1) Frater est praecedentis. — 2) Ad hoc munus pertinent tituli supra N. 706. 729 positi alter fortasse a. 337, alter inter a. 340 et 350. — Titulus quem uxori idem posuit est VI 1773.

1231 M. Maecio Memmio Furio Baburio | Caeciliano Placido¹ c. v., | pontifici maiori, auguri publico p. R. Quiritium, quindecimviro sacris faciundis, correctori Venetiarum et Histriae, | praefecto annonae urbis | sacrae cum iure gladii, comiti | ordinis primi, comiti Orientis | Aegypti et Mesopotamiae, iudici sacrarum cognitionum | tertio², iudici iterum ex delegationibus sacris, praefecto praetorio et iudici | sacrarum cognitionum | tertio, consuli ordinario³, | patrono prestantissimo (*sic*) | regio Palatina | posuit.

Neapolis olim, sed origine Puteolanā; nunc puto Florentiae (X 1700; vide eotypum). — 1) Ex maioribus huius viri fuit C. Memmius M. f. Quir. Caecilianus Placidus (Bull. corr. 1887 p. 179). — 2) tertio videtur esse delendum, repetitum ex loco inferiore. — 3) Placidum consulem ordinarium recensent fasti a. 345. Post hunc titulum positum videtur factus esse etiam praefectus urbis, certe Placidus aliquis fuit praefectus urbi a. 346/7 (chronogr. a. 354).

1232 [comiti Ori]entis v. s. iudicanti, procons.¹ | prov. Africae et v. s. iudicanti, | praef. urbis et v. s. iudicanti, iterum comiti ord. primi intra Palatium, praef. praet., consuli ord.², | Placidus Severus v. c. filius patri religioso | et Antonia Marcianilla c. f. nurus | socero sanctissimo.

Romae (VI 1757 vidit Henzen). — 1) Haec olim deperdita servarunt Smetius aliique. — 2) Nescimus quo anno, cum nomen perierit (Rossius titulum retulit ad Memmium Placidum, cuius titulus est N. 1231, consulem ord. a. 345, coniectura incerta).

1233 Iulio Ebulidae | c. v. corr. Tusciae¹ | Xviro², praefecto aerarii s.³ Saturni, | ob industria ipsius | merita et amorem iuxta cives ordo Interamnatum patrono.

Interamna ad Narem (Terni) (XI 4181 vidit Bormann). — 1) Idem fortasse Ebulidas qui fuit vicarius Africae a. 344 (cod. Theod. 8, 40, 2). — 2) Bormannus cogitavit de decemviro urbis Romae, conferens titulum supra N. 1198, in quo tamen videtur fuisse X[II] vir. — 3) Fortasse: aerarii sacri (Hirschfeld Verw. p. 25 n. 4).

1234 [Flavio Domitio] | Leontio [v. c., praefecto] | praetorio adque ordinario consuli¹, | provocantibus eius meritis, quae per | singulos